Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mento quia puluis et cinis sum. Operi ma
nuum tuarum porriges dexteram. succurre car
nalibus meis infirmitatibus. Patent tibi uulne
ra mea. coram te est egritudo mea. Tu uides
per quanta sauciatus sum et languidus medicinam
qua saner. tribue medelam qua curer impende.
Extingue in me flammas concupiscentie ut non
exardescant in me ulterius. Tu enim scis temp
tationes quas porto. tu scis fluctus quos pa
cior. tu nosti temptationes quas tolero. Erue
animam meam captiuam ab inferis erue me de
inmanissima ~~b~~ abysso. non me concludat pro
fundum non mihi deneges exitum. quia iam ul
tima dies uenit. Nichil super est mihi preter tumu
lum. nichil super est nisi sepulchrum. Parce mihi
ante quam eam. munda me ante quam uadam
ab hac uita. Solue priusquam moriar. peccatorum
uincula quia tu es spes mea. laus mea. tu
es pulchritudo mea. tu es beatitudo mea. Ti
bi laus tibi gloria. tibi gratiarum actio. semper et
ubique per infinita secula seculorum amen. De angelo

Queso te et obsecro te angelice sancte mei custos
adeo ordinatus per ipsum summum ~~p~~ et omni